

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Professor. Ad Exequias Quas Infanti Mellitissimo Thomae Quistorpio, Parentes moestissimi, ad hodiernam medium primam, in templo Jacobaeo paratas cupiunt. Omnes & Singulos Academiae Cives officiose ac peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780484>

Druck    Freier  Zugang



Lembke, H.,

in

Th. Qvistorp.

Rostock. 1654.

17.







PROGRAMMA  
qvo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**HERMANNUS Lembke /**  
J. U. D. & Cod. Professor.  
Ad Exequias  
*Quas*  
**INFANTI MELLITISSIMO**  
**THOMÆ**  
**QVISTORPIO,**

Parentes mœstissimi, ad hodiernam  
medium primam, in templo Jacobæo  
paratas cupiunt.

Omnes & Singulos Academia Cives officiales  
ac per amaner invita.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.  
ANNO 1654.



Deplorandam vitæ  
humanæ conditionem! quam nihilominus stut-  
tissimi mortales sat longam, sat prolixam sibi  
imaginantur. O quam cir-  
cumcisa, quam brevis vita  
mortalium! O quam an-  
gustis terminis, tantæ in Orbe multitudinis viva-  
citas ipsa includitur, ut mihi non venia solūm,  
verum etiam laude dignæ videantur illæ regiæ  
Xerxis lachrymæ, qui immensi olim exercitus  
brevem occasum deplorasse dicitur. Prudenter  
Plato de Republ. lib. X. scripsit: *Quid magnum  
brevis in tempore esse potest; nempe omne hoc tempus  
a pueritiâ, etiam ad senectutis extremum, exiguum  
quiddam est, ad universum. Imò verè nihil.* Sanè  
si quis vitam hancce accuratius pensaret, instar  
avium volantium ipsam præterire animadvertiset,  
nihilq; aliud esse, omnes vitæ hujus res, quam  
umbras, somnium, fœnum, imposturam, vide-  
bit. Et si quis exoptet, animam per tot annos,  
etiam si

etiam si natura patiatur, per infinita temporum  
spacia, cristissimo corporis retineri complexu,  
quid obsecro juvat? Si etenim cuncta nostra  
gaudia, si voluptates, & quæcunquè, in hac mun-  
di universitate vel solicitant aspectu, vel usu  
blandiuntur, diligenter excutias, quid tota vita  
erit, quam unicus dies? ita ut verè, & Christianà  
prudentiâ SOPHOCLES in Trachiniis V. 950.  
protulerit.

Quapropter si quis

Duos aut plures dies numerat,  
Stultus est, nihil enim est quod ad crastinum  
spectes,

Sed vide ne tibi hodiè aliquid ad versu eveniat  
Et hancce vitæ brevitatem, ad quam miseri  
mortales editi sumus, nimis tempestivè exper-  
tus est, scitissimus ac svavissimus puellus THO-  
MAS QUISTORPIUS, qui ANNO M. DC. LII.  
die 21. Decembris, Apost. D. THOMÆ Sacro,  
exordium suæ nativitatis auspicatus est, Hone-  
stissimis & Clarissimis Parentibus: Patre videli-  
cet, Viro admodum Reverendo, Excellentissi-  
mo, Clarissimo, Dn. JOHANNE QUISTOR-  
PIO, SS. Th. Doctore & Professore celeberrimi-  
mo, Pastore ad Aedem sacram Jacobeam dignis-  
simo, Domino Collegà, & Amico nostro ho-  
noratissimo. Matre præclari stemmatis Schar-  
fenbergiani, SOPHIA, & fœminei sexus deco-

A2

re,

conspicuâ. Avo paterno, Viro plurimû Reverendissimo, Excellentissimo, Clarissimo, Dn. JOHANNE QUISTORPIO, SS. Th. Doctore & Professore per Orbem celebratissimo, Venerandæ Facultatis Theologicæ Seniore, ac Rostochiensium Superintendente gravissimo. Viro famæ immortalis; quem plurimarum rerum cognitio, summa prudentia, multorum annorum experientia, in adversis fortitudo, prudens Zelus & pietas, nunquam ex Academiæ Urbisq; hujus pectoribus, dimoveri patientur. Aviâ Paternâ, BARBARA DOMANNIA, Dn. STEPHANI DOMANNI, JC. & Advocati Osnobrugi celeberrimi, ac magni illius DOMANNI, Civitatum Anseaticarum Syndici fratris, filiâ. Avo Materno, Viro Nobilissimo, Amplissimo, Dn. NICOLAOS CHARPFENBERGIO, J.U. Doctore, Consule Republicæ Rostochiensis gravissimo, & verissimo in hac Urbe prudentiæ domicilio. Aviâ Maternâ ANNA GULEN, Matronâ honestissimâ, ex celeberrimâ KIRCHOVIORUM familiâ, oriundâ. Mox, per sacræ regenerationis lavacrum, JESU CHRISTO, ejusq; membris inseritus, non obscura integritatis, pietatis, aliarumq; virtutum indicia, luculentissimè declarabat; egregiusq; ac magnis spebus, parentum dilectionis.

Ctissimorum animos, continuo recrebat. Sed,  
ah quam vario tenore fluunt res mortalium! O  
quam brevi, quævis vitæ hujus gaudia, maximus  
concomitatur mœror! O quam nihil est in re-  
bus humanis, tam solidum, tam firmum, tam  
stabile; in quod, & quidem spe & expectatione  
humanâ velocius, fatorum iniquitas, mortisq;  
vehementia, sævitiam suam non exerat. Vix  
enim, hic delicatissimus puerulus, biennio, con-  
sortio nostro convixit, & ecce eundem, die S.  
Thomæ sacro ante biennium natum, noctu, di-  
em eidem D. Thomæ dicatum, subsequente, per  
integrum semestre alvi profluvio laborantem,  
cåquè ita debilitatum, ut nullis Medicorum, li-  
cer saluberrimis remediis, pristino vigori resti-  
tui potuerit, mors implacabilis, è numero viven-  
tium sustulit; non secus, ac lasciva viatoris præ-  
tereuntis manus, immaturum pomum decer-  
pere consuevit. Qui (O insignia egregiæ, piissi-  
mæq; indolis indicia) mox ante beatissimam  
ex hac vitâ brevissimâ migrationem; præeunte  
sibi Parente amantisimo, balbutiens, ac sup-  
plex oravit, Hilf Gott allezeit Amen. Das  
Blut Jesu Christi des Sohns Gottes/ macht  
mich rein/von allen Sünden. Et in his sanctissi-  
mis verbis, decessit è rebus caducis, & in altissi-  
mas illas ac illustrissimas beatorum sedes com-

migravit, in quibus jam JESULI natalitia, in  
cætu filiorum DEI, cum summa voluptate ce-  
lebrat, & ante Thronum AGNI DEI consistens,  
ipſi Hymnum, cum omnibus sanctis beatissi-  
misq; spiritibus occinit. O felicissimum Pueru-  
lum hunc, longeq; nobis, qui per multos annos,  
inter tot ærumnas, inter tot pericula humanum  
cursum currim⁹. O fortunatissimū infantem, qui,  
tenellis pedibus & lubricis poplitum internodiis,  
quamvis nondū satis solidatis, ad cœlestem illam  
Vitā; vitā nullo felicitatis termino circumscriptā  
festinavit, & miser esse desuit, dū nec esse incœpit.  
Quod ipsum, TuReverende, Excellentissimè DN.  
D. JOHANNES QUISTORPI, &c. simul cum  
Tuā integerrimā Conjuge, piē ac diligenter per-  
pendens, non invidebis ingenti Tui Filioli, quan-  
quam ad magna nati felicitati; illustri documen-  
to, indolem christianæ Virtutis & constantiæ,  
quam aliis syades, expromes; & non solūm habe-  
nas morori, ex præmaturo Filioli obitu contra-  
cto injicies. verū etiam seriā gratulatione dona-  
bis infantulum, quod & hunc Annum. M. D C.  
L I V. in cœlo finiat, & novum Annum M. D C.  
L V. in eodem cœlo, & inter beatos cœlites au-  
spicetur. Et sepositā paternā tristitiā, cordicitus  
lætaberis, quod Filiolus Tuus, in ipso jam æter-  
nitatis sinu conquiescat, & inanes infra sesecu-  
ras

ras hominum contemnat; gaudebis animitus,  
quod ad tam fidam stationem appulerit, qui vix  
in hoc periculo so mudi mari, biennium naviga-  
vit; quod devicto hoste tam atroce, victoriâ adeò  
gloriosa potitus sit, qui nondum fortiter milita-  
re didicerat; quod relictâ terrâ, cœlum pro domi-  
cilio nanciscatur, qui vix per duos annos, in illâ  
fuit peregrinatus.

Cujus exanime Corpus, cum hodierno die  
Solis, Magni diè INCARNATIONIS <sup>1572</sup> profecto,  
ad horam medium primam, matri ter-  
ræ, à quâ originem primam traxit, reddi debeat,  
Vos CIVES ACADEMIÆ, vestris titulis  
honoratissimi, officiosè & amanter invito, ut illud  
comitari, ac supremum eidem humanitatis offi-  
cium, prælenti ac frequenti comitatū exhibere  
non dedignemini. Date id Præclarissimo ejus Pa-  
renti, Collegæq; nostro dilectissimo. Date matri  
probissimæ, intensissimè secessum tam elegantis  
puelluli deflenti. Date, tum Quistorpianæ, tum  
Scharpfenbergianæ Prosapiæ, utriq; de literis ac  
de literatis meritissimæ: Et quia tam luctuo-  
sum casum, lugere quidem, sed nō emendare, aut  
tollere potestis, convertite animos ad supre-  
mum Numen Cœlestis, atq; ab eo unico, tantæ  
calamitatis remedium ac solatium exposcite; ut  
nemp̄ ille solus, afflictissimos, infantulidefuncti  
paren-

parentes efficaci consolatione érigat, medici-  
namq; ac levamentum ægritudinis hujus, cle-  
mentissimè largiatur. Ad extremum, Vos ipsi, pro-  
priam etiam vitam cogitate; & exemplo beatis-  
simi hujus infantis, nihil aliud vitam hanc esse  
existimate quàm ejusmodi lusum, ut cùm non si-  
mus, nascamur, dum nati sumus, rursus dissolva-  
mur; nihil aliud esse arbitremini, quàm insom-  
nium minimè consistens, quàm spectrū quod-  
dam, quod teneri non potest, quàm navim in ma-  
ri, vestigium non habentem; quàm deniq; pulve-  
rem, vaporem, rorem matutinum, florem suo  
tempore nascentem, & suo tempore marcescen-  
tem P. P. Rostochii, sub Sigillo Univer-  
sitatis, die 24. Decembr. Anno

1654.

Conventus fiet, in ade D. Jacobo sacrâ, Ad horam  
mediam primam.











ras hominum contemnat; ga-  
quod ad tam fidam stationem a-  
in hoc periculoso mundi mari, b-  
vit; quod devicto hoste tam atroc-  
gloriosa potitus sit, qui nondun-  
re didicerat; quod relietá terrá, co-  
cilio nanciscatur, qui vix per du-  
suit peregrinatus.

Cujus exanime Corpus, cu-  
Solis, Magni diëi I N C A R N T  
profesto, ad horam medium prin-  
ræ, à quâ originem primam traxi  
Vos CIVES ACADEMIÆ,  
honoratissimi, officiosè & amante  
comitari, ac supremum eidem hu-  
cium, prælenti ac frequenti com-  
non deditnemini. Date id Præcla-  
renti, Collegæq; nostro dilectissimæ  
probissimæ, intensissimè secessun-  
puelluli deflenti. Date, tum Qui  
Scharpfenbergianæ Prosapiæ, utri  
de literatis meritissimæ: Et quia  
sum casum, lugere quidem, sed nō  
tollere potestis, convertite anit-  
num Numen Cœleste, atq; ab eo  
calamitatis remedium ac solatium  
nempè ille solus, afflictissimos, infi-



the scale towards document

mitus,  
qui vix  
aviga-  
ad eò  
nilita-  
domi-  
in illâ

no die  
ræ 1628  
ri ter-  
beat,  
itulis  
illud  
s offi-  
ibere.  
is Pa-  
natri  
antis  
tum  
is ac  
stuo-  
e, aut  
pre-  
ntæ  
; ut  
ncti  
ren-